

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Specimen Inaugurale Academicum, Sistens Luem  
Animarum Boehmisticam, ubi ostenditur, quanto cum  
animarum periculo Jacobi Boehmii, Sutoris Görlizensis,  
scripta planè fanatica vel amentur & legantur, ...**

**Wild, Adam**

**Altdorfii, 1705**

**urn:nbn:de:bsz:31-105875**

III


Gymn 4770

~~I B 2 12~~



g 9160













IN NOMINE DOMINI NOSTRI SALVATORIS  
UNICI JESU CHRISTI,  
SPECIMEN INAUGURALE  
ACADEMICUM,

SISTENS

LUEM ANIMARUM  
BOEHMISTICAM,

*ubi ostenditur,*

quanto cum animarum periculo

JACOBI BOEHMII,

Sutoris Görlizensis, scripta planè fanatica vel amentur  
& legantur, vel aliis ad legendum commendentur,

*BENEVOLO SUMME VENERANDÆ*

THEOLOGICÆ FACULTATIS  
ALTDORFINÆ CONSENSU,

*PRO*

SUMMIS IN THEOLOGIA HONORIBUS  
AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS

IMPETRANDIS,

placido eruditorum examini

*ad diem 23. Jun. anno 1705,*

proponet

M. ADAMUS WILDIUS, Durlaco-Marchicus,

Ecclesiastes in patria, & Professor in Illustr. quod Durlaci est,  
Gymnasio denominatus.

---

ALTDORFI

Literis JODOCI WILHELMI KOHLESII.



22an Gym 4770

ILLUSTRI. VIRO.  
NOBILISSIMO. EXCELLENTISSIMO. CONSULTISSIMO.

DOMINO.

DANIELI. DIETERI-  
CO. SCHEIDIO.

SERENISSIMO. PRINCIPI.

FRIDERICO. MAGNO.

MARCH. BADENS. ET. HOCHBERG. &c.

CONSILII. INTIMIS. AULICISQUE.  
SPLENDIDISSIMO.

SOCERO. MEO. HONORATISSIMO.

324

M. Adamus Wapler, Dabaco-Marchicus  
Exhibitorum, & Professor in Illustri quondam Dabaco  
Sperantia de medicina.

Altdorff  
Ludwig-Josef Wapler in Konstanz



NEC. NON.

SUMME. REVERENDO. AMPLISSIMO.  
ATQUE. DOCTISSIMO. DOMINO.

ADAMO. WILDIO.  
SUPERINTENDENTI. IN. BADENSI. MAR-  
CHIONATU. SAUSENBURGICO. DIGNISSIMO.  
PAROCHO. IN. ECCLESIA. QUÆ. AUGGÆ. EST.  
EVANGELICA. FIDELISSIMO.

PARENTI. MEO. DILECTISSIMO.

DOMINIS. PATRIBUS. PIETATE. AC. FIDELITATE  
CLARISSIMIS. FILIALI. HONORE. AC. OBSEQUIO.  
PIO. ÆTERNUM. PROSEQUENDIS.

OPTIMI. PATRES.

VESTRIS. NOMINIBUS. SPLENDIDIS.

QUÆ.  
FILIALI. UT. DECET. TIMORE.  
AC. HONORE.  
QUAMDIU. VIXERO.

DEVENERARI. ME. OPORTET.  
COMMOTUS.  
TENERRIMO. IN. VOS. AMORE.

ATQUE.  
GRATITUDINIS. AFFECTU.  
PRO. TOT. TANTISQUE.



QUÆ. NUNQUAM. SATIS. MENTE. SUM. ASSECUTURUS.  
BENEFICIIS.

IN. ME. MEAQUE. STUDIA.

ET. IN. ANTERIORIBUS. ET. MODERNIS. ADHUC.  
TEMPORIBUS. COLLATIS.

IMPENSISSIMO.

DO. DICO. DEDICO.

HOCCE. SPECIMEN. INAUGURALE.

VOTO. ANIMITUS. ADPOSITO.

UT.

DEUS. T. O. MAXIMUS.

VOS. HONORATISSIMI. PATRES. SOSPITES.

AC. INCOLUMES.

UTRAMQUE. FAMILIAM.

SCHEIDIANAM. ET. WILDIANAM.

SPLENDORE. GRATIA. AMORE. GLORIA. SALUTE.

UT. DEUM. NOBISCUM. ESSE.

INVIDI. VIDEANT.

DIU. ATQUE. DIU.

BENEDICTAM. CONSERVET.

VALETE. IN. DOMINO.

FAVETE.

PIENTISSIMI. PATRES.

obsequiosissimo Filio,

ADAMO. WILDIO.





## VIRO

*Plurimum Reverendo, Amplissimo atque Excellentissimo,*

**DOMINO ADAMO WILDIO,**  
ECCLESIASTÆ DURLACENSI ET  
GYMNASHII IBIDEM FLORENTIS PROFESSORI,

Fautori & in Christo Fratri Venerando, amando,

P. S. D.

**CHRISTOPHORUS Sonntag D.**

**E**X quo Scholæ Fechtianæ, hoc est, Eusebii orthodoxæ delitiæ (quarum Præsidentem diu nobis servet Altissimus, ut bonum signum in purioris Ecclesiæ domo sit!) paucis abhinc annis nostrati Almæ tradiderunt; equidem merito Te semper magni feci. Posteaquam igitur Deus intereà temporis Spartæ honorificæ Te admovit, & sub umbone SERENISSIMI TUI PRINCIPIS, DOMINI MEI CLEMENTISSIMI, Vineæ tum Ecclesiasticæ, tum Professoriæ & Gymnasticæ præfecit, tenerrimum alui gaudium, benè sciens, quot animas talentum illud tuum Domino lucrari posset. Jamque adèdè cum, pristini amoris mei parum oblitus, Palæcomen nostram de conferendis honoribus in Theologia

106

logiâ





logiâ summis modestè compellâris, gaudium meum divi-  
 nâ gloriâ & Ecclesiâ salutis denuò consecratum volo. Sic  
 Te longum sospitet Brabeuta maximus ex alto! Sic SE-  
 RENISSIMI TUI Clementiam Tibi sartam velit  
 esse ac tectam! Sic Venerandum Dominum Parentem,  
 sic Illustrum Dominum Socerum, sic Tuos ad unum  
 omnes omnimoda corporis & animæ, bonorum & hono-  
 rum faustitate quam diutissimè coronet! Vale, mi conjun-  
 ctissime Domine WILDI, & novos, quos hîc amplectere,  
 titulos non Tibi, sed laudibus Magistri unici J. C. & affli-  
 ctissimæ ipsius Ecclesiæ solatio, quod facis, dicatos arbi-  
 trare. Dab. Altdorf I Noricorum d. 16. Jun. MDCCV.

**Q**uæ Tibi simplicitas est piscatoria cordi,  
 Biblia habet Libros Symbolicosque duces:  
 Hinc & Apostolica his innixus Retia tendis:  
 Pix est Styx, urit Calceus atque pedem.  
 Non Sutor fuit, ast Piscator Apostolus: ergo  
 Confractis crepidis Rete tueris ovans.

quo Hexasticho  
 Convictori suo & olim & nunc uti dilect. mo:  
 ita æstimat. mo.  
 de præfenti Dissertatione Inaugurali gratulaturus

μυρομαναελομανροβιcτηc

sincero ex animo apprecatur

Dan. Guil. Mollerus. P. P.



quem B. D.  
 appellat in  
 videri possi  
 neptissima, &  
 communi desti  
 tionibus edoc  
 non paucos  
 nostra perve  
 snilibus Qua  
 ratio requirit,  
 ris divaric  
 ti abrepti ad  
 somnia, in vi





I. N. D. N. S. J. C.

PRÆFAMEN.

**S**unt verissima, quæ habet B. Calovius in Præfat. Anti-Böhmi ita sonantia: Quamquam Quackerica illa scripta ( Böhmi, Quirini, Kuhlmanni, Joan. Rothens, Abrahami à Franckenberg, Joachimi Betkii, Frederici Brecklingii, Ægid. Guttmanni, quem B. D. Pfeifferus in Dubiis vexat. Cent. 1. p. 8. appellat ineptissimum nugatorem, aliorumque ) indigna videri possint, quæ legantur, nedum confutentur, utpote ineptissima, & ab hominibus infrunitis, judicio & sensu communi destitutis, nec nisi à spiritibus Quackerici suggestionibus edoctis, conscripta; tamen, quia applausores non paucos ( quid diceret beatus vir, si vivus ad nostra pervenisset tempora? ) habent, etiam eruditos, à similibus Quakeris seductos, pietatis & officii Theologici ratio requirit, ut non negligantur, sed quantopere à S. Literis divaricentur, doceatur, num fortè à spiritu mendacii abrepti ad ejusmodi absurda, atq; impia & diabolica somnia, in viam veritatis reduci possint. ut ebrietate Quackericâ

A



ckericā discussā, respiscant à Diaboli laqueis, à quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem, utq; DEUS benignissimus illis det poenitentiam, ad cognoscendam veritatem. 2. Tim. II. 25. 26. Cùm totus fermè orbis Christianus lue labore fanaticā, speciatim Böhmiā, aliæque his peiores Indifferentisticæ novitates ubique locorum, quos inhabitant intempestivæ novationis amantes, bonæ acceptæque ferantur; officii autem & nostri sit, ut omni irrupenti malo resistamus, I. Petr. V. 9. Tit. I. 9. atque curemus, ne lux divina pedetentim ingruentibus tenebris obfuschetur, II. Tim. I. 14. neque mendaciis ubertim diffitis Diabolicum dilatetur regnum, sed potius diminuatur, I. Joh. III. 8. estne dormiendum? mimimè; Christianus vigil insomnis esto, ne ab hoste infensissimo sanctum depositum sibi abripiatur, nec corona justitiæ marcescat. Aurea sunt verba In der treuherhigen und nothwendigen Warnung für den falschen Propheten Christoph. Fischeri, quem D. Urbanus Reginus in regimine Ecclesiæ Lüneburgensis successorem habuit, p. m. 26. & seqq. Ein treuer Lehrer / ait, und Prediger soll nicht allein fleißig und richtig lehren / sondern auch treulich den einreißenden Rotten und Secten steuern und wehren / daß sie nicht in der Christlichen Kirchen / und bey seinen ihm in sein Gewissen befohlne Schäflein / für deren Seelen er dem lebendigen Gott am jüngsten Gerichte Rechenschaft geben soll und muß / einwurzeln / und ihnen hochschädlichen und tödtlichen Schaden zufügen; & addit: Wer solches nicht thut / der ist nicht ein treuer Seelsorger / sondern ein untreuer Seelmörder / er ist nicht ein Seelvater / sondern ein Seel-Verräther / er ist nicht ein Seel-Hirt / sondern ein Säw-



Sân. Hirte. Ecce, quàm veri piique nominis Divini Zelotæ olim contrâ falsas, impiasq; sanctè efferbuerint sectas, quàm irâ meritâ ac debitâ increpârint mutos, desidesque doctores! Utinam omnes Ecclesiæ vigiles etiam hodiè animò viribusque conjunctis pro summâ Dei pugnarent gloriâ, ac sanâ salutariq; doctrinâ! Verùm maximè dolendum est, in ipso Ecclesiæ, quod nunquàm in anteriori ætate auditum, Lutheraniæ gremio vesanâ arrogantia, nimio altercandi studio, nefandâ atque stolidâ fanatici sterquilini æstimatione nocivo verbi Divini neglectu, atque abusu inexcusabili &c. venenosissimum nutriti serpentem, regiones Germaniæ fermè omnes inserpentem. Quis ignorat deliria, quæ ita vocare licebit, fanatica, utpote *Chiliasmum*, *Böhmismum*, *Enthusiasmum*, & quæ de Collegiorum pietatis privatorum necessitate à quibusdam venditantur? Cui ignotum, *opinionum illarum novarum vel defensionem, vel excusationem, fontem fuisse, ex quo præsens Ecclesiarum nostrarum divulsio profuxerit? quæ summo adhuc charitatis vinculo conglutinatæ mansissent, si maluissemus veterum Theologorum, quotquot antea vixerunt, & laude aliquâ Orthodoxiæ (Deo acceptæ, Rom. XII. 6. 7.) atq; nominis famâ claruerunt, vestigiis insistere, erroresq; ab iis magno consensu rejectos, pari sinceritate reprobare, ut ait Magnificus Vir, Dn. D. Fechtius, Theologus Rostochiensis incomparabilis, quem Deus in accrescente gravi senectute gratiâ suâ suffulciat! in *Lectio[n]um de recent. Controvers. Præloq.* Ejusmodi falsissima fanatica dogmata, atque formulas loquendi, ad fanaticismum suâ naturâ deducentes, non minus ac ipsas hæreses, vel his deterius aliud, cum oderim atque*



devitem, nemo verorum, piorumq; Theologorum mihi vitio vertere poterit, si Dissertationem meam Inauguralem in specie contra Böhmiæ stultitiæ amatores hodiernos conscripserim, commotus communi totius, præfertim patriæ meæ viciniore, Ecclesiæ morbo, cui medicinam oris sui salutarem adhibeat Benignissimum Numen, & opus manuum nostrarum felicissimè secundet ob cruentum meritum Domini nostri  
**JESU Christi! Amen.**

*Esai. II. 20.*

לְחֹרֶה וְלִתְעוּרָה אִם - לֹא יֵאמְרוּ כִּדְבַר הַזֶּה אֲשֶׁר  
 אֵין -- לוֹ שְׁחָר :

Ja nach dem Gesetz und Zeugniß! Werden sie das nicht sagen / so werden sie die Morgenröthe nicht haben.

*II. Pet. I. 19.*

ἔχομεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον, ὃ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν ἀσχηρῶ τόπῳ, ἕως ἡμερᾶς διαυγᾶσαι, καὶ φωσφόρος ἀνατείλη ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.

Wir haben ein festes Prophetisches Wort / und ihr thut wol / daß ihr drauf achtet / als auf ein Licht / das da scheint an einem tunkeln Ort / bis der Tag anbreche / und der Morgenstern aufgehe in euren Herzen.

g. I.



**D**Epingit juxta *Joh. Hoornbeekium* in *Summâ Controversæ Lib. VI. de Enthuf.* 456. vitam *Böhmi* ferè eodem colore quo *B. D. Calovius* in *Anti-Böhmi* p. 4. & seq. *Jacob Böhmi*, *Jacob Böhmius*, homo à *Gorlitz*, oppido in *Lusatia* sito, à rusticis parentibus, in juventute pecudum custos fuit, nec nisi legere & scribere in scholâ didicit, utpote arti sutorie consecratus: cui verò peregrinus quidam ignotus, (si verum; ater, an albus fuerit spiritus? meritò dubitandum,) vaticinatus sit: *Jacob, tu quidem parvus es, sed magnus, & planè alius homo eris, ut mundus te admiraturus sit.* &c. (proh dolor! etiam factum,) postmodum cum artis sutorie causâ peregrinaretur, secundum spiritum in sanctum sabbatum animarum translatus est, ubi divino lumine circumdatus, per septiduum in summâ contemplatione divinâ, ac letitiâ versatus fuit, uti ipse de se jactitavit. Deinde magister artis sutorie factus, & conjux anno 1594. Denuò lumine divino anno 1600. ætatis suæ 25. illuminatus, & ad intimum fundamentum nature ita inductus dicitur, ut è signaturâ, figurâ, & coloribus omnium creaturarum intimam naturam perspicere potuerit, quo lumine summo perfusus sit gaudio. Decennio post, ætatis suæ 35. tertiâ vice per obumbrationem Spiritus S. factam similem illuminationem nactus fingitur, quam manifestationem spiritus, ne resisteret præceptori suo, calamo consignavit, atque ita ab anno 1612. usque ad annum 1624. è lumine suo 30. scripta adornavit, & tam profundis mysteriis, quàm jactatur in vita ejus descriptione, tractatui: *der Weg zu Christo* præmissâ. Addit & judicium hæc de re suum incomparabilis Theologus, dicendo: *Quanquàm donum linguarum donum sit Spiritus Sancti,*



Eti, quod ad veritatis celestis propagationem etiam extraordinarie conceditur, nemo tamen de hoc homine, ejusque manifestationibus presumere potest, ipsum à Spiritu S. instructum fuisse: siquidem non qua veritatis sunt, sed qua contra veritatem, scripserit, quæq; nullum alium auctorem habent, quàm patrem mendacii, utpote Spiritui veritatis, & Scriptura sacra prorsus adversa. Proinde colligit, fanaticum esse illum sutorem Gørlizensem, Quackeris geminum, oportere, & visiones ejus Enthusiasticas, vereq; diabolicas. Hactenus Calovius.

Origo deliriorum Bøhmianorum.

§. II. Occasionem delirandi ipsi dederunt scripta Weigelii, fanaticorum omnium principis, ex quo cæteri omnes ad hunc usque diem delirant. Natus est Weigelius, ut epitaphium ipsius, Tschopaviæ erectum, quod adhuc hodiè visitur, habet, anno 1533. mortuus anno 1588. Scripta ipsius demum post viri mortem à Cantore, Weickero, in mundum descripta, & circa initium seculi superioris, hoc est, ætatem Bøhmii durantem, edi cœpta sunt, unde tum suum virus hausit. Sicut autem circa Weigeliana scripta, ne damnum Ecclesiæ inferrent, statim operam dedit Electorale Consistorium Saxonicum, ut omnia conquesta ad Martinum Chemnitium deferrentur; posteaque, cognito doctrinæ divinæ, inde suboriente, periculo, igne concremata sunt, ne MStum amplius ullum reperiretur: ita simili executione circa Bøhmiana scripta ut statim à primordio actum esset, adhuc optant omnes γνησίως orthodoxi.

Bøhmus ab initio non impugnatur.

§. III. Perspicuum non est, an vel vivente Bøhmio, vel statim post ejus mortem, vel Bøhmus ipse, vel scripta ipsius fuerint impugnata, editumque contra ipsum aliquid in lucem? Ad dicit autem Dn. D. Fechtius rationem, cur id non fuerit factum, quia scilicet Bøhmium singuli Doctores, tum in Ecclesiâ nostra florentes, hominem obscurum, qui nec intelligeretur ab aliis, nec semetipsum intelligeret, eundemq; haud eruditum, sed ex infimâ plebe,

plebe, sum q  
hat, tant  
ruisse Bøhm  
dum est, qu  
non amaver  
falsus spiritu  
tur, nisi tū  
rum, vel de  
notati.

§. IV. C  
annum secul  
Gub. Voëtio,  
men. Partes  
dorus von Z  
anno 1644. &  
studio refell  
rius (alias G  
polit ano, L  
Zehr-nud G  
rungs-Patr  
ceu tellem  
sum opere  
tissimis scri  
Ex quo magis  
tur, comagis  
tur, equipar  
nspiratis, a  
hoc argume  
in Judicio P  
Pfeifferus, p  
ta constaret



plebe, cum quo congrederentur, indignum judicaverint. Nec constat, tantâ auctoritate, cum scribere & delirare inciperet, floruisse *Böhmium*, ut complures (quanquam nullo modo dubitandum est, quin, sicut vulgò fieri solet, adfuerint, qui fanaticos illius non amaverint conatus, nec pro divinis habuerint; nullus enim falsus spiritus unquam fuit sine applausoribus,) ipsi adstipularentur, nisi tum temporis vel *Enthusiatarum*, vel *Anabaptistarum*, vel *Schwenckfeldianorum*, vel *Weigelianorum* nomine notati.

§. IV. Cœpit autem *Böhmium* & impugnari & defendi circa annum seculi superioris XLIII. cum *David Gilbertus*, notante *Gisb. Voëtio*, edidisset admonitionem contra libros *Jacobi Böhmii*. Partes *Böhmii* adversus *Gilbertum* assumebat *Joh. Theodorus von Tschesch*, eques Silesius, cui autem ille respondebat anno 1644. & fatuam Philosophiam *Böhmianam* summâ curâ ac studio refellebat. Non multum abhinc surgebat *Elias Protorius* (aliàs *Christian Hohburg*, referente Vener. Ministerii Tripolitani, *Lubecens. Hamburgens. & Lüneburg.* im II. Theil der Lehr- und Schuss-Schrifft wider den Guttmanischen Offenbarungspatron, pag. 31.) ut, sicut alios fanaticos: ita & *Böhmium*, seu testem veritatis infallibilem, adduceret, ejusdemque scripta summoperè laudaret. Supprimebatur autem confestim doctissimis scriptis modò allegati Vener. Ministerii Tripolitani. Et quò magis *Böhmium*, ab amatoribus suis defensus, impugnabatur, eò magis à Bohemicis, i. e. fanaticis, & Chiliastris extollebatur, æquiparatus tandem veteribus Prophetis, immèdiatè à Deo inspiratis, ait Dn. D. Feshius in Coll. recent. Contr. Vid. & de hoc argumento *Calovius* b. m. in *Anti-Böhmio* & *B. Wagnerus* in *Judicio Propempt.* *B. Calovius*, cum ipsi retulisset *B. Aug. Pfeifferus*, nonnullos Lipsiæ quoque dari, Seet & *Böhmiana* deditos, & constaret, *Böhmii* cultores maximam partem in Angliâ primâ

*Estimatur postmodum, cum scriptis Böhmianis maximum periculum subori visum esset, ut ei quilibet obviam ire deberet.*

primâ



mum & Belgio, regionibus sectarum omnium feracissimis; postea autem etiam *Hamburgi* & *Frankofurti*, unde & in alia Germania loca, quasi contagio quodam sunt effusi, nidulari cœpisse, necessarium duxit, *adornare Sectæ Böhmiæ novellæ consutationem*, & aliquem è convictoribus *Hamburgi* à Doctore quodam Medico, *Böhmistâ*, occupatum & inescatum, in viam veritatis reducere; Scripsit eum in finem librum, quem vocavit *Anti-Böhmiæ*, Anno 1680. Scopus totius Tractatûs eò tendit, ut clarissimum fiat, *novellam hanc sectam esse verè diabolicam*, & inter novissima excrementa demonis infernalis meritò habendam, quam nemo è sacr. Scripturis, juxta linguas imprimis originales, de verâ religione, per Lutherum reformatâ, edoctus, salvâ conscientia approbare, aut si ab aliis seductus approbârit, sine dispendio salutis fovere possit; sicuti verba ipsius *Calovii* habent ab initio p. 1. Ducatus *Würtembergicus*, egregiorum *Augustanæ* veritatis Confessorum fertilis, cum eodem malo premeretur, & nonnulli Ecclesiæ ministri ibidem jamjam seducti essent, primarius *Academiæ Tubingensis* Theologus *B. D. Tob. Wagnerus*, vir de Ecclesiâ Domini optimè meritis, edidit anno ætatis suæ 82. *Propempticum Judicium Theologicum* de scriptis *Jacobi Böhmi von Alt-Seydenburg* anno 1679: ubi inter alia meminit, IV. se legisse *Böhmi* scripta aut libros, quorum primum: vom Dreysachen Leben des Menschen; alterum: von denen 1. sophischen Sendschreiben des von Gott in Gnaden erleuchteten *Jacob Böhmens*, von *Alt-Seydenburg*: darinnen allerhand gottseelige Ermahnungen zu wahrer Busse und Besserung / wie auch einfältiger Bericht vom hochwürdigen Erkändnuß göttlicher und natürlicher Weisheit / nebenst rechter Prüfung jetziger Zeit; tertium: von der Morgenröthe der Weisheit; quartum: von den XL. Fragen von der Seelen Urstand / Essen, Wesen / Natur / und Eigenschaft / was sie von Ewigkeit in Ewigkeit seye. *Ad quorum Tractatum lectioem tantâ*, inquit, *mihî*  
*patien-*



patientia opus fuit, ob ampullata & famosa, ad fastum, non ad intellectum, contorta, hominis verba, quanta vix opus est venatori, dum sub Fove frigido seras vestigat & indagat, ut subinde ep' ep' in eorum lectione dixerim, quod nonnullus Ecclesie Patrum ad Persum, a se lectum, dixisse fertur: Cur scribis, si non vis intelligi?

§. V. Scitent (a) *Bahmiana* scripta infinitis locutionibus, quæ primore statim intuitu errorem præferunt, ipsaque illorum verba ac loquendi ratio suâ naturâ ac indole non potest non in errorem & deliria inducere. Adducuntur verba in dem *Sens* schreiben pag. 11. *So ich schreibe, ait Bahmius, dictirt mir es der Geist in grosser wunderbahrlicher Erkântniß / daß ich offit nicht weiß / ob ich nach meinem Geist in der Welt bin; & pag. 91. Die Kunst hat nicht geschrieben / es hat auch kein Zeit gehabt zu bedencken / nach dem rechten Verstand des Buchstabens / sondern alles nach dem Geist gerichtet / welches öftters ist in Eil gegangen / daß dem Schreiber die Hand wegen der Ungewohnheit gezittert. En Enthusiasmum, immediatam εὐαγγελίῳ jactitantem! quamquam de infallibili spe novarum revelationum, occasione illarum, quas suggesserit Deus illi virgini, *Rosmunde ab Aseburg*, tot tantaque multi conscripserint scripta, nec diffiteri possit quisquam, credidisse quosdam Theologos Lutheranos, novas hodie dari à DEO, cum quoad prædictionem rerum futurarum, tum quoad uberiores lucem rebus, in Scripturâ revelatis, affundendam, revelationes immediatas; ceteri tamen omnes, extra omnem heterodoxiæ suspensionem positi, veteri inhæserunt doctrinæ, quæ omnem hujus rei auferre adlaborat difficultatem, adhibitis duabus distinctionibus, quarum primæ alias ostendit esse revelationes doctrinales, hoc est, quibus vel nova dogmata revelentur, vel in Scripturâ revelata uberiores luce illustrentur; alias deinde revelationes de eventibus & fatiis, sive in Ecclesia, sive in politica, futuris; illas hodiernum dari, clauso Canone, simpliciter*

*Scripta Bahmiana infinitarum locutionum plena sunt, quæ suâ naturâ in errorem inducunt, & immediatam spirant illuminationem.*



placiter negatur : has ut quilibet rectè intelligat, nec offensio-  
nem capiat, altera quoque adponitur distinctio, quæ revelatio-  
nes, ex pleno lumine prophetico & officio, à DEO immediatè  
imposito, proficiscentes, quales hodie non dari, adversus *D. Ja-  
cob. Fabricium*, hætenus constanter defensum est, divellit à stri-  
cturis & scintillulis tenuibus & transeuntibus luminis prophetici,  
quas in Ecclesiâ nostrâ quodammodo admitti, edocet prophetia  
*Hlitenii*, in *Apol. Aug. Conf. pag. 276. & seq.* memorata & lau-  
data.

Linguarum  
exoticarum  
humilata, mi-  
nimùm non  
laudanda  
Böhmii sci-  
entia.

§. VI. Quid aliud ( $\beta$ ) prædit testimonium *Davidis* von  
*Schweinitz*/Capitanei Lignicensis, ap. *Calovium* p. 4. Er (Böhm)  
wusste auch alles / ob wir gleich Lateinisch / oder Französisch redeten /  
was wir geredet hatten : sagte auch / wir möchten reden / in was vor  
Sprache wir wolten / er würde es dennoch verstehen ? Quid aliud,  
quàm si *Böhmio*, ut aliis mitius judicem, talis tantaque lux, quæ  
olim, cum Ecclesiâ esset plantanda, miraculoso modo Aposto-  
los, virosque Apostolicos, instruebat, *Act. II. 1. 2. & seqq.* affullis-  
set, nec sacræ literæ penitus tacerent, fore, ut talis sub finem  
mundi exsurgèret magnus Propheta, crederem ? Cum verò  
Omniscius demandet, ut sibi quisque caveat, ne à falsis, qui magno  
numero exeant, ut mentes humanas decipiant, prophetis à Chri-  
sto, ejusque sanâ doctrinâ, seducatur, quo in gravissimum, pretiosum  
Salvatoris sanguine redemptam, animam suam præcipitent peri-  
eulum, μή παντί πνεύματι πιστεύετε, ἀλλὰ δοκιμάζετε τὰ πνεύ-  
ματα, εἰ ἢ ἐκ θεῶν εἰσὶν; additâ ratione, ὅτι πολλοὶ ψευδοπρο-  
φήται ἐξεληλύθασιν εἰς τὸν κόσμον, admonet fideliter *Johannes*.  
1. Epist. IV. 1. *Paulus*, gentium Doctor, contra vim ἀνθρωπο-  
κτόνων manum extendere jubet, ἐδόξασαυ την παιοπλίαν ἐ θεῶ  
πρὸς τὸ δύνασθαι εἶναι πρὸς τὰς μεθοδείας ἐ διαβόλου, Eph. VI. 11.  
in Angelum lucis quandoque sese transformantis. Non sequi-  
tur, quicquid linguis exoticis, antea nunquam vel cognitis, vel  
lectis,



lectis, vel auditis profertur, aut intelligitur, illud confestim à sanctissimo Deo venire, nisi velimus obsessorum, imò Diaboli ipsius dicta aut facta evanida, quod nefas! magno haberi pretio: Proinde atro spiritui hæc *Bæhmii* ars ed rectius adscribitur, quò magis aperte

§. VII. Videndus (2) mediatae illuminationis, quæ fit per <sup>Meditatio, labor, studia</sup> meditationem, laborem, studia &c. contemptus; in dem <sup>Sc. contem-</sup> Send- <sup>tim haben-</sup> schreiben/pag. 108. Ich habe/ ait *Bæhmius*, es (quicquid scribo & prædico) nicht aus Historien zusammengerafft / (intelligit etiam ipsam Scripturam S.) und also Meinungen gemacht / (vult dicere, se nullas consequentias ex Scripturâ duxisse) wie die Babylonische Schule (Academia, Universitates, Scholæ, &c.) thut / da man umb Wort und Meinungen zanket. Ich habe durch Gottes Gnade eigene Augen bekommen / und mag in mir selber in Christi Weinberg arbeiten. Ich sage frey öffentlich/ daß alles / was aus Wahn und Meinungen insammen gesticket wird / das ist Babel/ eine Hurerrey ic. qualem postulari mentis dispositionem ad DEUM contemplandam, ac probè intelligendas res divinas, ostendunt sequentia: So der Mensch einen tieff verborgenen Willen (pruritus ad delirandum) in sich findet / der da wolte zu Gottes Gnade sich wenden / so er nur konnte; so wisse er/ daß derselbe Wille das eingeleibte und im Paradiß nach begangener Sünde eingesprochene Wort Gottes sey; (quam detestanda commenta?) daß ihn danoch der Gott Jehovah! zu Christo zeucht ic. in tertio libello des Wegs zu Christo/vom Schlüssel zum Verstand göttlichen Geheimniß, p. 135. *Quirinus Kuhlmannus*, planè ebrius philtro Böhmianno, in præfatione des neu-begeisterten Böhmens dedicatoriâ, inter alia ita viderisux doctrinæ originem, curat: Unter unzählbaren Gesichten begab sichs auch / daß meinen leiblichen Augen meine Studier-Kammer ganz weggenommen / (cùm phantasma malum oculos ejus teneret) und ich eine geraume Zeit viel tausendmal tausend mit vielen tausenden Liecht-Gebührten um mich anschauete/



schauete. Hic, quod dolendum, vulgò abutuntur dicto *Johannes* I. Joh. II. 20. & 27. Constat, *Bahmisticis* omnem scientiam, Academico more ex Scripturâ S. per operam & studium haustam, esse nihil aliud, quàm opiniones vanas & Babelicas.

*Controversiarum Theologicarum usus ob abusum, impie adhaerentem, rejiciendus putatur.*

§. IIX. Summo (d) odio habent Controversias Theologicas, & discrimen religionis; Im Buch von Christlichen Testamenten / pag. 10. aller Streit um die göttliche Geheimniß ist ein unnützig Ding/und geschicht von aussen/ausser Gott/in eigener Sinnlichkeit / da sich die Sinnlichkeit in der Natur in creatürlicher Form beschauet. Es ist kein Begriff/nach wahrer Verstand/oder Erkändniß Gottes / die bildliche Vernunft verlasse sich dann selber / und versencke sich mit ihrem eigenen Willen in ihr centrum, daraus sie ist gegangen/wieder ein/ als in das ewig-sprechende Wort Gottes / daß sie dasselbe sprechen oder hauchen Gottes in sich wieder annehme / und durch die göttliche Sciencz oder Wissenschaft in eine schiedliche oder sinnliche Form spreche / daß sie eine Wohnung und Tempel Gottes sey. *Bahmisticis*. Der eine sehe nicht auf des andern sein Leben; nur auf sich selbst; denn es ist nicht mehr genannt disputiren / nur bekehren oder verderben. Die Zeit vom disputiren und Geschwäß ist aus: ihr kommt ferner nicht fort mit disputiren: was zanken wir doch um das Eitele / und veräußen dadurch das Unvergängliche etc. scripsit *Kuhlmannus* in Excerptis, è diversis scriptis *Bahmii* collectis, pag. 40. & 60. quibus titulum fecit: **Jacob Böhmens Weissagungen und Offenbarungen der güldenen Lilien-und Rosen-Zeit** etc. quod assertum corroboratur rubricâ, quæ est alii *Kuhlmanni* libro: **Neubegeisterter Böhme/betreffend hundert und fünfzig Weissagungen/mit der fünfften Monarchie oder vom Jesus-Reiche des Holländischen Propheten/ Joh. Rothens, übereinstimmend / und mehr dann 1000000000. Theologische Fragen / allen Theologen und Gelehrten zur Beantwortung vorgelegt; wiewohl mit eine einzige ihnen zubeantworten/wo sie heutige Schul-Manier (lectiones, orationes,**



nes, disputationes &c.) sondern Gottes Geist folgen/darinn zugleich  
 der so lang verborgene Lutherische Anti-Christ( disciplina schola-  
 stica, ordines S. Ministerii Ecclesiastici &c. abgebildet wird. Quod  
 ad Theologiam controversiticam attinet, diffitendum non est,  
 circa eam respectu duorum extremorum gravissimè peccari;  
*Fanatici, Arminiani, Sociniani, Anabaptista*, colloquia, disputa-  
 tiones, & id genus alia consueta exercitia subinde respuunt,  
 eaque ob ipsis adblandientem sentiendi libertatem ex Ecclesiae  
 pomœriis expellenda ac detestanda judicant. Quibus adstipu-  
 lari videntur nonnulli, qui hodiè de Juribus Principum circa  
 Controversias Theologicas disquirunt. Alterum extremum  
 quoslibet non errores tantum, sed formulas loquendi quoque  
 insolentiores, tanquam hæreticas, confestim absque accurata  
 piâque inquisitione, proclamat, nihilque magis nisi rixas, Eccle-  
 siæ sanctæ scandalosas ac exitiosas, excitat. Innumeras & ple-  
 runque insanabiles inde videas oriri dissensiones doctorum &  
 Ecclesiarum distractiones, quibus grex Domini juxta effatum  
 Principis, Luc. XI. 8. indies decrescit. Unde Politici & Stati-  
 stæ occasionem sumunt, omnes disputantes habendi inquietos  
 & rixatores, quibus respublica tantum turbetur, & Ecclesiae  
 incurabile damnum inferatur. Quo nomine *Indifferentista* &  
*Pietista* illis, qui pietatem in meris contentionibus de minu-  
 tiis religionis ponant, meliores habentur. Verendum itaque  
 est, ne, quò magis cautè disputando generali Syncretismo obviam  
 itur, eò magis odio contentionum, & potentiâ Magnatum,  
 quibus etiam ratione status ista Ecclesiae quies & omnium reli-  
 gionum tolerantia commodior & utilior est, hic promovea-  
 tur. Ostendit præterea illustre Christi, Apostolorum, vete-  
 rumque Ecclesiae doctorum exemplum, divinam veritatem absq;  
 disputationibus & colloquiis, quandoque vehementibus, nun-  
 quam propagatam esse; quod fuse proposuit *D. Damhauerus*



in *Myst. Syncret. in Collat. Carth. in Sabv. Reformat. & Ideâ*  
*Bon. Diss. Christophorus Fischerus, c. 1. p. 31. & seqq. ait: Wie sehen*  
 an Christo / unserm lieben Heylande und an den heiligen Aposteln/  
 Den Instrumenten und Werkzeugen Gottes / wie sie es ihnen ei-  
 nen solchen Ernst seyn haben lassen / daß sie nicht allein mit grossem  
 Ernst und aus einem Christlichen guten wohlmeynenden Eifer / die  
 gegenwärtigen Corruptelen / Verfälschungen / und falsche Lehren  
 gestraffet / sondern uns auch vor den zukünftigen Kezereyen gewar-  
 net haben. *Conquestus quidem est de rixis Theologorum jam*  
*in Seculo Niceno Constantinus Magnus, vid. Sozom. V. H. E. 10.*  
*& alii, quorum querelâ passim inveniuntur, apud Eusebium, III.*  
*H. E. 1. Socrat. I. H. E. 37. Sozom. III. H. E. 13. Evagr. I. H. E. 11.*  
 luce tamen meridianâ clarius constat, disputationes esse divi-  
 nitus consecratum inveniendâ veritatis medium, & quidquid ab-  
 usus iis adhæret, non per se, sed ex accidenti fieri, ut aded illæ  
 intrâ eum constringi modum debeant, quo abusus illi evitentur;  
 quod fiet, cum in charitate, lenitate & mansuetudine mutuâ  
 audiuntur coram partium opiniones, ac sententiâ intelliguntur  
 & ponderantur, ut habet *præfatio A. C. ad Cæs. Carolum V. pag. 5.*  
*citrà odiosam contentionem pacificè &c. pag. 6. & monitum Che-*  
*mmittii de Ufu LL. Th. p. 14. probè observatur. Justo tamen pro domo*  
 DEI Zelo non tolli mansuetudinem amicam, edocemur exemplo  
*Christi, Matth. XXI. 12. Joh. II. 14. & seqq. quo & suam severitatem*  
 excusat *Epiphanius, contra Hærefes disputans, in præfat. post ini-*  
*tium; Pauli, & seqq. i. Cor. V. 1. Gal. II. 11. aliorumq; Conf. Act. XV.*  
 39, Hinc placent verba *Dn. D. Fechtii, sæpius sæpiusq; audita: Pole-*  
*micum studium (a) ne quidem à vulgari Ecclesiæ ministro seponi*  
 debet aut contemni, cum etiam in contemptissimis sæpe locis oc-  
 casio existat, ut vel cum sectario quopiam, vel cum auditore  
 quodam tuo, ab aliis seducto, in disputationem sit descendendum,  
 ubi temetipsum & religionem tuam prostitues, si ab omni con-  
 troversiarum notitiâ sis nudus. Deinde (B) controversiarum  
 studium



studium maximè necessarium est iis, qui ad majora & graviora officia aspirant, quippe, ubi sæpe quotidiana est congreganda cum omne genus veritatis hostibus occasio: quemadmodum Christus & Apostoli non precibus tantum, aut nudâ Scripturarum allegatione, sed argumentationibus, ex Scripturâ eductis, contra adversarios frequentissime disputarunt.

§. IX. Deniq; (s) fulsissimè ex Böhmanis scriptis collecta, partim Böhmiæ do-  
apud Calovium, partim apud Dn. Fechtium videantur loca, quæ <sup>cet è diam-</sup>  
dogmata, è diametro S. Literis adversa, docuisse Bæhmium, nec <sup>tro contra-</sup>  
ullo modo excusari posse, comprobant, ex. gr. die Engel/docet Fa- <sup>ria S. Lite-</sup>  
naticus homo, seyen längst vor dieser Welt zu einer sonderbahren  
Welt erschaffen: der Mensch seye an statt des gefallenen Lucifers/  
als ein neuer Engel / erschaffen/ ohne einen so thierischen Leib: die  
Erde seye durch Lucifers Imagination entstanden: Lucifer habe mit  
Feuer und Kälte in harten Domerschlägen gegen den Sohn Gottes  
gestürmet/ als der ein grosser Theil der Gottheit gewesen: Adam  
seye in ermeldtem Schlaf der Englischen Welt abgestorben / und  
dem äusseren fiat heimgefallen/ wodurch das ewige Bild nach Gottes  
Sebührung verlohren und verblichen seye. Es habe der Mensch  
erst nach dem Fall sowohl Gutes als Böses erkennen lernen: Der  
Mensch seye nicht durch Ungehorsam gefallen: Er habe das Böse  
oder das Grimm-Reich verborgen in sich gehabt / wann er schon  
nicht gefallen wäre: Adam selbst seye Anfangs Mann und Weib  
zugleich gewesen / und hätte auf magische Weis aus sich selbst Kinder  
der geböhren/ auch die Evam / wann er nicht lustern worden wäre.  
Die Vernunft und alle Wis wäre vom Gestirn: der innerliche/  
heilige/ nach Gott geschaffene Mensch seye noch in allen / auch gott-  
losen Menschen / obschon durch den Fall verblichen / und verdun-  
ckelt: aus Gott seye alles / Böses und Gutes, Es seyen sieben  
Elementen der Welt / Geist / Wind / Luft / Wasser / Himmel /  
Erden: diese sieben Elementen seyen erbohren aus einem unver-  
weslichen / unvergänglichen und unverderblichen Satz / welches  
seye der Auswurf der Natur: Der Mensch seye ein Ausgang als  
ler deren Welten / und das concentrirte centrum aller Welt: die  
Englie



Englische Welt seye der rechte Leib des Wassers / hierunten  
 Eiß / droben Englische Erden / gleich einem Crystall / das  
 alleredelste Saltz des Lebens. Das geistliche Saltz seye die  
 rechte Essenz und alleredelste Wesen alles Wesens ; Ein tru-  
 ckenes Wasser / und zugleich Wasser und Erden / es seye ein kal-  
 tes wässeriges Feuer : Lucifer und Adam seynd beyde mit der  
 Begierde und Selbstheit wieder in den Urstand/daraus die Natur  
 geböhren worden/und in ein Geschöpf getretten / und also eingegan-  
 gen/Lucifer ins centrum der grimmigen Natur/in des Feuers Ma-  
 trix / und Adam in die irdische Natur/ in die Matrix der äussern  
 Welt/als in die Lust böse und gut ; Christus erfülle mit seiner  
 Menschheit den ganzen Vatter ; das menschliche Wesen und  
 Gottes Wesen seye ein Wesen worden: der ewige Will / der das  
 Aug fasset/als den Spiegel/darinnen das ewige Sehen stehet / als  
 seine Weißheit/seye Vatter/und das Ewige gefasste in die Weiß-  
 heit/da das Fassen einen Grund oder centrum in sich selber aus dem  
 Ungrund im Grund/ seye der Sohn/oder das Herz ; dann es seye  
 das Wort des Lebens oder seine Wesenheit / darinnen der Wille  
 mit dem Glast erscheine ; und das in sich gehen zum centro des  
 Grundes/seye Geist : dieser seye der Finder / der da von Ewigkeit  
 immer findet/da nichts ist ; dieser gehe wiederum aus dem centro  
 des Grundes aus/und suche in dem Willen ; Man könne mit kei-  
 nem Grund sagen/das Gott drey Personen sey/sondern er seye drey-  
 faltig in seiner ewigen Gebährung ; Er gebähre sich in Drey-  
 faltigkeit/und seye in dieser ewigen Gebährung doch nur ein einzig  
 Wesen und Gebährung zu verstehen / weder der Vatter / Sohn  
 noch Geist / sondern das ewige einzige Leben und Gut : Gott in  
 der Dreyheit seye ein Geist/und kein Wesen/aber in dem Wort sei-  
 nes Heyls habe er sich in seiner Begierde im Wesen eingeführet ;  
 der Vatter mit der Feuer-Welt/und der Sohn mit der Liebe / Be-  
 gierde im Liecht / als mit der Liecht-Welt / oder mit der grossen  
 Sanffte im Feuer / und der heylige Geist mit dem webenden Leben  
 in der tinctur, im öhlichen und wässerigen Regiment im Leben : Ein  
 inglischer Mensch und Engel seye der ganze Gott / die Lieblichkeit  
 der göttlichen Natur / darnach das Wort Fleisch war im sulphure  
 mit



mit dem centro naturæ aus des Vatters Essentien ; Adam seye  
 im Leib Gottes gewesen : Grimm der Natur seye eine Ursach des  
 Heiligen Geistes : In Gott seyen zwey Ding zu mercken/der Sa-  
 luter / oder die göttliche Kraft/woraus das corpus ist/und dann der  
 Mercurius, Thon und Ewall ; der Glaube in dem Menschen seye/  
 wann er der Selbheit abstirbet ; Lucifer seye ein groß Theil der  
 Gottheit gewesen / und darzu aus dem Kern : Er seye in göttlicher  
 Allmacht auf dem Königlichen Stuhl gesessen : An seine Statt ist  
 Christus kommen : Wann auch der Mensch eine andere Materie  
 wäre / wie würde er sein Kind seyn ? oder / wie würde der Mensch  
 und König Christus können Gottes leiblicher Sohn seyn / den er  
 aus seinem Herzen geböhren hat ? So die Quaal-Geister in Luci-  
 fer sein lieblich hätten gemuscirt / wie sie thaten / ehe sie creatürlich  
 worden/ als sie noch ingemein in Gott waren vor der Schöpfung/  
 so hätten sie auch einen leiblichen und sanfften Sohn in sich geböh-  
 ren / der wäre dem Sohn Gottes gleich gewesen / und wäre das  
 Licht im Lucifer / und der Sohn Gottes ein Ding gewesen /  
 ein Inqualirung oder Inficirung / ein lieblich Halsen / Herzen und  
 Ringen. Quid ad hæc & plura alia dixisset *Bæhmii* deliria Me-  
 galander *Lutherus*, si suo tempore ejusmodi portentosa audi-  
 vissset dogmata ? O infelicia tempora ! cum SEC. II. inter plu-  
 res alias hæreses etiam *Marcion*, *Cerdonis* Discipulus, Christum  
 non verum, sed phantasticum corpus habuisse, doceret, ac can-  
 cri instar sanam doctrinam corroderet, *Polycarpus*, circa annum  
 109. Smyrnensis in Asiâ minori Episcopus, dixisse fertur: O Do-  
 mine, in quæ me reservasti tempora ! Was wolte aber der theure  
 werthe *Polycarpus* jetzt sagen und thun / (ut utar verbis *Christo-  
 phori Fischeri*, c.l. in præf. ) wann er diese alte und kalte Zeit hätte  
 erleben sollen / da des Schwermens und Keckerens kein Ende / Ziel  
 oder Maas ist ? Pergit : Der jeziger Zeit getrost schwermen / und  
 die Wahrheit und Klarheit des göttlichen Worts verdunckeln / ver-  
 falschen / auf seinen Traum lencken / ziehen und beugen kan / der ist  
 Hahn im Korb / der ist geseht / der machet ihm einen unsträflichen  
 ewigen Nahmen. Describit piissimus Vir suæ ætatis calamita-



tem perinde, ac si nota illi quoque fuissent nostra tempora.

Quaquam  
excusari, de-  
fendi ac com-  
mendari Bœh-  
mius à suis  
soleat, nullus  
tamen Lu-  
theranorum  
id salvâ cō-  
scientiâ effi-  
cere poterit.

§. X Hinc luce meridianâ clarius constat, periculosâ lue fanaticâ *Fac. Bœhmium* laborare, nec à sincero, Lutheranae doctrinæ addicto, Theologo salvâ conscientiâ laudari, excusari & defendi posse, nedum, ut à plebe legantur scripta ejus, commendari, quaquam jam inde usque ab ætate *Bœhmii* non abfuerint, qui novitatis pruritu ac peregrinâ scribendi arte, ceu escâ venenosâ, illecti veritatis cœlestis amantibus objici curaverint singularitatem admirandam: hominem nimirum rudem, sine omni informationis beneficio ad tantam rerum cum naturalium, tum divinarum scientiam pervenire, idque immotum indicium immediatæ illuminationis haberi debere. Verùm jam suâ ætate respondit *B. Wagnerus*, cujus sententiâ eò tendit: Ponamus, eam scientiam supra naturæ vires fuisse; tamen concludi potius debeat, à Dæmone fuisse, cum fuerit notitia verbo divino planè adversa, & à verâ religione hominem abducens; quem admodum miracula, quæ pro hæreseos demonstratione ac veritate fiant, Dæmoni, non DEO sint adscribenda. Deinde nec tanta tamque stupenda *Bœhmii* scientia fuerit, quin ingenii naturalis perspicaciâ & librorum lectione ( quantumlibet hoc alicubi neget fatuum ingenium, alibi autem non diffiteatur, *Schwenckfeldii* se scripta & *Weigelii* legisse; imò Astrologorum scripta, & fastidiosos cumulos scriptorum ) & conversatione cum aliis potuerit comparari; nec fuerit scientia ejus solida, sed vaga, varia, delira, ridicula, temeraria, absurda, contradictoria, obscura, dum protulerit, quæ nec intellexerit ipse: Nec desint denique exempla eorum, qui propriâ industriâ ad admirandam, & ferè incredibilem pervenerint variarum rerum notitiam. Cur non & *Bœhmius* eò usq; pertingere potuerit, cum ferè nihil aliud, quam phantasmata cerebri deblateraverit? Quod tantum non  
exigit



exigit studium aut laborem, præfertim quando alii sua deliria per tale instrumentum divendere velint; informatum enim esse à *Chymicis, Paracelsicis, & Rob. Fludd*, cui secundum Tomum Operum *Bæhmii* dedicavit, omnibus haud ignotum est.

§. XI. Consideratis motibus de *Bæhmio* ejusq. scriptis anterioribus, horumq; refutationibus, quæ, sicut *Calovii & Wagneri* scriptis non suppressa sunt *Bæhmii* deliria, sed quorundam pertinaciâ potius sumferunt augmentum: ita ergo ad hodiernas in Ecclesiâ lites, immensam excitantes inquietudinem, non parum contribuerunt. Nostra, age, brevibus percurramus tempora, *Bæhmicolarum*, aliorumque fanaticorum feracissima. *M. Joh. Jac. Zimmermannus*, Diaconus *Württembergicus*, vir aliàs *Mathematicarum* scientiarum peritissimus, à quodam vicino, etiam Pastore, seductus, cum hic officio propter fanatica, passim dispersa, dogmata privatus esset, indignatione rei, ut ipse putabat, iniquæ commotus, publicam *Chiliasmum*, proximè imminentis, defensionem suscipit, sub alieno licet nomine (quod tamen per *Metastasi* litterarum proprium ipsius nomen prodebat) nempe *Ambrosii Seemanni* von *Campez*, libello hanc adposuit rubricam: *Wuthmassige Zeit-Bestimmung gewiß gegenwärtiger beedes göttlichen Gerichten über das Europäische Babel und Anti-Christenthum jehigen Seculi, als auch hierauf erfolgenden herrlichen Aufgangs des Reichs Christi auf Erden, an. 1684.* Existimat *Dn. D. Fechtius*, Propater & Præceptor meus ad ætatem usque venerandus, facem & tubam multorum exitialium motuum, qui primùm in *Württembergico*, post *Hamburgi* omnes ferè status hierarchicos conturbârunt, illum virum fuisse, nec tantum suboriri potuisse periculum, cui ignem hic non subjecisset. In Ducatu enim *Württembergico*, cum amicum cum ipso colloquium oblibrum, sine censurâ editum, & *Chiliasmum* in *Aug. Confess. Art. XVII.* rejectum, cujus defensionem præcipuè annexum erat periculosissimum

Nec hodierno die sopiti sunt infelices motus Böhmiæ.



num illius placitum de Prophetis, adhuc hodiè immediatè à Deo illuminatis, nominatim *Bæhmio*, aliisque, ut testatur *D. Georg. Henr. Haberlinus* b.m. in *Refutat. Scemannii præs.* circa medium, habitum esset, ipseque assertiones suas rejicere nollet, an. 1685. officio dejectus, primum Heidelbergam, ubi lectiones *Mathematicas* privatim habuit, donec, cum an. 1688. sub autumnum funestum istud bellum Gallicum, quod eheu! nondum deseruit, omnes Rheno propinquas terras, igne ferroque devastasset, *Francofurtum* concessit: Ubi haud diu commorabatur, sed optimam amebat occasionem, unâ cum *D. Hinckelmanno*, ad pastorum Ecclesiae Catharinianæ, *Hamburgum* vocato, eò proficiscendî, ac veniebat tum Rostochium, Disciplinis *Mathematicis* juventutem imbuturus. Fiebat brevi post, ut & *Horbio*, Pastori Hamburgensi, cum quo familiariter versabatur, benigniorem de *Bæhmio* opinionem affricaret, & *Rev. Ministerium Hamburg.* de puritate doctrinæ *Horbianæ* suspicari inciperet; unde nata infelices turbæ illæ Ecclesiam Hamburgensem aliquot annis afflixerunt; unde varia variarum Academiarum, Ministeriorum & Theologorum judicia de *Bæhmio*, ejusque scriptis, conquisita, & in lucem evulgata sunt; unde tot tantæque, cum inter Theologos nostros, tum inter hos & *Bæhmistas* contentiones atque controversiæ.

Non consentiunt in *Bæhmio*, *Bæhmio* auctorisq; scriptis defendentis *Bæhmicola*.

§. XII. Colitur *Bæhmus* à suis, licet in honore, ipsi deferendo, non consentientibus, quorum alii *Jacob. Bæhmium* testimant novissimè temporis verissimum, & immediatum Prophetam, hunc ipsum in finem extraordinariè illuminatum & missum, ut mysteria, antè nunquam revelata, revelaret, quæ autem jam revelata fuerant, aliis novis illustrationibus illustraret & confirmaret: ut proinde scripta ejus haud alio in pretio atque honore habenda sint, atque scripta Codicis sacri ipsa, divinitus inspirata; quæ quicumque in dubium vocet, aut pro fanaticis erroneisve traducat, peccatum in Spiritum S. committat: Si verò quicquam in scriptis



scriptis *Bahmianis* reperitur, quod absurdum nobis & rationi  
 omni, aut etiam aliis mysteriis adversum, aut obscurum, aut im-  
 pervium videatur, id si vel maximè conciliari, vel cum Scripturâ,  
 vel cum semetipso nequeat, devotâ tamen, fide sub obsequium  
 rationis captivatâ, reverentiâ adorandum sit, donec major nobis  
 lux oboriatur; sicut & cætera in Scripturâ mysteria supra omnem  
 rationem & comprehensionem sint posita: Quicquid verò scri-  
 pta *Bahmiana* complectantur, quod vel libris nostris Symbolicis,  
 vel doctrinæ, apud nos hæcenus receptæ, repugnet, id rejectis  
 eâ in re *Libris Symbolicis*, recipiendum, & sub æternæ salutis ja-  
 cturâ sit credendum. Alii, qui moderatiores esse volunt, existi-  
 mant, fuisse *Bahmium* Lutheranae religioni totâ mente addictum,  
 omniaque, quæ ex eo proferuntur, quasi orthodoxæ Theologiæ  
 dissentanea, cum veritate Lutherana exactè conciliari posse: Ubi  
 videatur quâdâpiam adversum dicere vel Scripturâ, vel rationi,  
 id partim ex ignorantia terminorum Chymicorum, partim ex  
 ipsius rationis obscuritate provenire: Nec enim *Bahmium* conce-  
 ptus mentis suæ commodè ubiq; exprimere potuisse, hominem  
 quippe rudem & literarum expertem; cæteroquin magni meri-  
 to faciendum, cum ob pietatis singularem fervorem, tum ob de-  
 siderium reformandi religionem nostram à profanæ literaturæ  
 abusu, qui jam tum temporis in eandem irrepserit. Quid hæc in re  
 dicendum, credendumque sit, partim ex supra dictis constat,  
 partim dilucidius fiet in sequentibus, ubi diversa Theologo-  
 rum de *Bahmio* judicia unâ cum suis fundamentis sunt ad-  
 ducenda.

§. XIII. Prima nostrorum Theologorum sententia com-  
 muniore eadem est, quæ erat *Calovii ac Wagneri*, supra recen-  
 sita. Nec, veritati illam esse conformem, ullus inficias ibit, qui  
 vel unum *Bahmii* librum sine affectu aut præoccupatâ mente  
 legerit. Nec aliter sentire poterit, quisquis noluerit studiò



lucem cum tenebris conciliare, & innocuas animas in variorum deliriorum periculum præcipitare. Quod, ut nemo mortalium negare possit, sequentibus corroborabimus momentis.

*Boëhmiano-  
rum scripto-  
rum incon-  
suetæ ac fa-  
tue locutio-  
nes, &c. tan-  
tam vim de-  
cipiendi con-  
tinent, ut eo-  
rum laqueos  
insensiles vix  
ullus effuge-  
re queat le-  
tor.*

§. XIV. Positio prima: *Boëhmianorum scriptorum incon-  
suetæ ac fatue locutiones, verba erronea & loquendi ratio, cum  
amor præsertim pestifer accedat, tantam vim decipiendi conti-  
nent, ut eorum laqueos insensiles vix ullus effugere queat lector.*  
Quod ipsæ testantur §. IX. recensitæ locutiones, & quæ ab Holz-  
husenio, aliisque ex solâ *Boëhmii Aurorâ* collecta sunt, quibus  
integra addi possent plaustra, si exscribere monstra liberet Boëh-  
miana. Excipiunt (1.) occurrere id genus paradoxa & in aliis  
scriptis, quæ tamen lectionis quorumlibet liberrimè permitta-  
mus. Sed sciant, (a) non negari posse, & alios in multorum ma-  
nibus hinc inde existentes libros complecti paradoxa, quæ of-  
fenderent, si observarentur aut intelligerentur. Cùm autem  
plerorumque oculos aut intellectum plerumque occultè subter-  
fugiant, nec in ullum primore intuitu discrimen adducant, aut  
minimùm excusari, vel evitari possint, non tantâ cautelâ opus est,  
quanta requiritur, quando *Boëhmiana* præ omnibus aliis scripta  
fatuis, erroneisque verbis &c. aliâ referta, commendantur, aut  
leguntur. Deinde (β) probè observandum, non tam id quæri:  
*an lectiones istæ hominem eruditum & in Theologiâ fundatum, in  
errorem inducant?* quippe qui variis contrâ offensiones præ-  
sidiis munitus est, quàm id: *an hominem vulgarem?* Hoc uni-  
cum in quæstione est: *an vel suadendum sit auditoribus, ut  
Boëhmii scripta legant, vel idèò permittendum, quia multa in iis  
bona occurrant, licet cætera eam in se ob eruditionem chymicam  
difficultatem habeant, ut intelligi nequeant?* adeoq; *an marni  
non debeant?* Ad hæc planè in negativam responsionem con-  
sentimus. Cujuscunque enim scriptoris locutiones innumeræ,  
ipso primo intuitu erroneæ, & ad errorem inducere aptæ natæ  
sunt,



sunt, iste scriptor homini vel simplici, vel de cætero veræ Theologię principiis non fatis imbuto, ( quique adeò nullis instructus est præfidiis bonum à malo discernendi, aut ab errore sese præservandi ) ab animarum curatore, ut legatur ; ne quidem permitti, nedum suaderi debet. Id si faciat, impossibile est, quin illum in errorem inducat. Excipiant ( 2. ) tantum per accidens fieri, quando per ejusmodi locutiones plerumque *Bæhmii* lectores eò abreptos esse videmus, ut his deliriis & ipsi sint infecti, eaque tanquam oracula æstimarint & adorarint, cum plurimos scripta *Bæhmiana* sine omni offensione & salvâ orthodoxiâ suâ legere, ipsa experientia confirmet. Respondemus, per accidens in errorem non induci, qui per ipsam locutionis indolem & naturalem intellectum inducitur in errorem. Potius autem per accidens fieri dicendum est, si quis per id genus scripta in errorem non inducatur, nempe quia fortioribus ex divino verbo instructus præfidiis, quæ effecerunt, quò minus locutiones istæ deliræ vim suam naturalem exserere possent, ad eorum lectionem accessit. Quantam potentiam & virtutem habeant fanaticæ, insolitæque phrasæ, præsertim simul cum commendatione auctoris, vel orthodoxiæ, consideratæ, quantasque turbas passim excitaverint, planè hospes esse debeat, qui nesciat.

§. XV. Positio altera: *Scripta Bæhmii in plerisque, ita sunt obscura, intricata, contradictoria &c. ut vel nullum sæpe præferant sensum, vel, ubi clarius loqui videntur, cumulent errores.* *Scripta Bæhmii ita sunt obscura, intricata &c. ut vel nullum sæpe præferant sensum, vel ubi clarius loqui videntur, cumulent errores.* Scilicet ut vel Stolidus itaque sit, qui legat, & mentem suam maceret; imprudens, qui tantam stoliditatem aliis vel directè vel indirectè commendet. Verba *Holzhusenii* in *Rab. p. 181.* quibus cum *Paulum* I. Cor. XIV. 23. scribere adduceret, si qui ignotis linguis loqueretur, intraret autem homo Laicus atque rudis, hunc dicturum esse: *Zhr seydt unsinnig/contrà Bœmistas ita concludit: Euer Böhme redet / als ein Rasender und Unsinniger / prafet mit seiner Nasen- / Sprach / weiche niemand verstehen kan; Ich halte/ er auch selber*



selber nicht / mischet eins ins ander so ungeschickt / daß man keinen  
 sensum gewiß draus machen kan. Exempli loco producit vo-  
 cem *Tinctura*, in scriptis Boehmianis frequenter occurrentem.  
 Quid significet ista vox, in Extractu scriptorum *Bahmii*, à *Bahmi-  
 stis Amstelodamensibus* ad faciliorem *Bahmii* intellectu confecto,  
 ita annotatur: *Tinctura* ist die Wesenheit der *H. Dreyfaltigkeit*:  
 ist das sprechende Wort Gottes: Ist das Höchste: gehöret zur  
 Ewigkeit: ist von Ewigkeit: Unterscheid zwischen der *Tinctur* und  
 dem heiligen Geist: wird vom Fluch verschlossen gehalten: wie sie  
 durch Temperirung der Elementen kan an das Licht gebracht wer-  
 den: Ist der Erden / Stein und Metallen Licht und Leben: Ent-  
 stehet im Schwefel-Feuer: quæ explicationes obscurum reddunt  
 obscurius; neque *Bahmius*, neque affectæ ejus norunt, quid  
 scribant, vel dicant, Fatetur enim *Bahmius*, er rede auf teuflis-  
 sche Art / er könne auch nicht anderst / und näher unterweisen / damit  
 mans verstehe / in *Aurora* p. 501. Qualis Propheta, cujus Prophe-  
 ticæ conciones intelligi nequeant? Apage Satan, ne veneno  
 tuo plures inficiantur. Sunt tamen qui obscuritatem *Bahmii*  
 inextricabilem excusare, minimum elevare satagunt. *Amicus ve-  
 ritatis* (α) ait, esse & in *Paulo* quædam *δυσωγία*, II. Pet. III. 16.  
 die doch niemand deswegen verbanne und hinwegwerffe; *Rettung  
 der Wahrheit* pag. 65. und die Propheten / auch die Apostel viel  
 hohe terminos gebrauchen: pag. 16. deinde (β) non debere tam  
 obscura haberi *Bahmii* scripta, quin diligenti scrutinio, accu-  
 rataque locorum collatione verus indagari queat sensus; De-  
 nique (γ) pium animum satis habere, si intellectu haud difficilia  
 dogmata in Boehmianis scriptis intellexerit, iisdemque delectari,  
 & ad salutem ædificari. Vid. *Abfertigung des Sendschreib.*  
*Aleth.* p. 51. Verum ad (α) Impium esse, quilibet verus Chri-  
 stianus dicet, Apostolum *Paulum* conferre cum tenebroso *Bah-  
 mio*, profectò indignum Theologo. *Paulus*, divino consilio mo-  
 tus, quædam in suis scriptis difficilia esse voluit, ut & ille, cui sunt  
 exerci-



exercitati sensus, juxta clara & perspicua fidei morumq; dogmata habeat, quo ingenium suum exerceat; *Bæhmus* autem ex ingenii partim ruditate, partim confusione obscurus esse voluit, ne imperitia ejus illico deprehenderetur, & per Apollinea oracula mera mysteria loqui videretur. Deinde ad (β) alius Amicus alteri respondet, cum *Respons. ad Aleth.* p. 51. disertis fatetur verbis: daß Böhmens Schrifften nicht mehr unter die Leut auszuruffen seynd/aus Ursachen / weisen unter tausenden kaum einer ist / der Verstand darinnen erlangen könne / darmit sind wir auch einig. Si hoc: cur tantoperè æstimantur scripta *Bæhmii*? Nec fortè ullus *Bæhmium* perfectè unquam intelliget, nisi & deliro illo Spiritu immediatè fuerit illuminatus. DEUS custodiat omnes, ne edelabantur, & talem quærant Spiritum! Conservet autem nobis verbum suum! *Verbum enim Veritas est.* Joh. XVII. 17.

§. XVI. Positio tertia: *Manifesti atque blasphemii in scriptis Bæhmii observantur errores, qui nulla ratione aut arte extenuari possunt.* Hoc in capite laudandus est *Holzhusenius*, qui tanto studio in *Capistrato Rabul.* assertum hoc inconcussum posuit, ut nullus *Bæhmistarum* hæctenus quicquam in contrarium vertere potuerit. Multas blasphemias evomuit fatuus ille homo, quas inter non minima, quòd Spiritum Sanctum, in *Mose* & *Paulo* loquentem, convitiatus fuerit, *Die Historien der Schöpfung/* scribens, weil sie ganz wider die Philosophie (cerebellum ineptum) lauffe / seye ganz unverständlich und einfältig beschrieben; *Moses* seye nicht darbey gewesen / als die Schöpfung geschehen; könne auch nicht auctor seyn! *Auror. pag. 411. 421. 477. 583.* *Holzhusenius* talia impunè dimittere nequit, sed ait: Heisset das nicht den heiligen Geist wissentlich meistern und lästern? Solte der heilige Geist wider sich selbst seyn? das sey ferne. Entweder der Geist/aus dessen Trieb Böhmi geschrieben / ist ein Lügen-Geist; oder der Geist / aus dessen Trieb *Moses* geschrieben / ist nicht der Geist



Geist der Wahrheit. Nun wissen wir/ Gott Lob! gewiß / daß Moses ein Mann Gottes / und seine Bücher aus Eingeben des Heiligen Geistes geschrieben seynd / darum schelte der Herr den Lügen-Geist in Böhmen/und seinen Verthädigern/welcher klüger und wahrhaffter seyn will/als der Geist Gottes in Mose. In *Aurora* p. 588. scribit *Bæhmius*: Es habe gleich *Petrus* und *Paulus* anders geschrieben/so sehet doch auf den Grund / auf das Herz. Quid hoc aliud, quàm mentes hominum à S. Literis, ad quas nos unice ablegat Spiritus Sanctus *Jes. II. 20. Joh. V. 39.* abducere, & falsis perverſæ naturæ, Diaboliq̃ue suggestionibus mancipare? Alibi, nempe c. I. pag. 254. ait: Sie fragen und dâhnen sich mit den Schrifften / solches zu erweisen / da sie doch weder Erkândtnuß des rechten Gottes/noch der Schrift Verstand haben / wiewohl in die Schrift auch irrig Ding gebrâuen ist. Ah! potestne fieri, ut adhuc quis dubitet, an fugiendus sit *Bæhmius*, & quanquam in libris *Bæhmianis* hinc inde bona compareant, ob pestifera id genus dogmata scripta illius condemnanda? Nonne S. Literis errores affingere idem est, ac univèrsum salutis fundamentum evertere?

Tot tantaque in scriptis *Bæhmii* stolidi & delira  
 in scriptis *Bæhmii* stolidi & delira  
 stolidi & delira  
 ra occurrunt, ut non satis mirari quis debeat, hominem, ratione præditum & utentem, iis ad stipulari posse, minimum vel excusare, vel pro sapientiâ venditare. Adducantur quædam probandi causâ tantum ex unico libro, quem vocat *Auroram*, ubi pag. 75. scribit: Die Fürsten der Engel / unter welchen Herr Lucifer auch gewesen / seyn aus dem Batter gemacht / vor der Zeit der Welt. pag. 94. Lucifer habe durch seine stolze Erhebung den göttlichen Salitter angezündet / und brennend gemacht / darauf dann die Schöpfung der Welt erfolget seye. pag. 174. Alle Creaturen seyen aus dem angezündeten Salitter der sieben Geister Gottes geschafften worden. pag. 192. Die ganze göttliche Krafft im Himmel seye geböhren / und das heisse Gott der Batter. p. 205. Der verderbte Salit



Salitter in Adam habe mit dem Brunn des Lebens gerungen / bis  
 Adam matt worden / daß er davon entschlaffen / und wann Gott  
 ihm nit wäre zu Hülffe gekommen / und hätte ein Weib gebauet / so  
 solte er wohl noch schlaffen. pag. 292. Der ganze Gott habe nicht  
 gewußt / daß Lucifer fallen würde / nach seinem Fall aber habe  
 er einen andren König / nemlich den Sohn Gottes / aus eben  
 derselben Gottheit erschaffen / daraus Her Lucifer war ge-  
 schaffen / versiehe es recht / aus dem Salitter / der aus dem  
 corpus des Königs Lucifer war. pag. 305. Gott habe den Lucifer  
 aus seinem Leibe gebohren / und zum Erben aller seiner Güter ge-  
 macht. pag. 312. Gleichwie der Leib die Seel gebähret / also gebähren  
 auch die sieben Geister Gottes den Sohn. pag. 362. Adam seye  
 aus dem verderbten Salitter der Erden gemacht worden. Der  
 Saam / oder die Naha / daraus Adam gemacht worden / seye mit  
 der verderbten Sucht des Teufels etwas inficirt gewesen. pag. 405.  
 Es nehme ihn Wunder / daß so viel gelehrte Männer  
 nicht haben den Grund wissen können / woraus alle Ding  
 erschaffen worden ; dann wo nichts seye / könne auch nichts  
 auß werden / alle Ding / die geschaffen werden / müssen eine  
 Wurzel haben / dieselbe seyen die sieben Geister der Natur / welche  
 von Ewigkeit gewesen. pag. 499. Gott wisse nach der Tieffe seiner  
 Gebuhrten selbst nicht / was er seye. Quæ monstra ? quæ men-  
 dacia portentosa ? Mirum , tot , tantosque homines intencissimo  
 in *Bæhmium* , ejusque libros teneri posse amore , nec videre , quòd  
 deliret *Bæhmus* . Admirationem autem excitat communis verbi  
 divini contemptus , & cæcus novitatis amor , qui ambo ubique  
 locorum , ut constat , deprehenduntur . Deposito enim clypeo  
 æneo , igne Diaboli sagittæ cor humanum securè involare pos-  
 sunt , idemque vitâ divinâ privare .

§. XIX. *Bæhmiana* scribendi ratio adversa est simplicitati *Bæhmia-*  
*S. Literarum* , nec apud Scriptores , simplicitatem puram ac puri- *na scribendi*  
 tatem simplicem magni habentes , Ecclesiasticos ullibi talis repe- *ratio adver-*  
 ritur . Omnium optimè hoc de argumento scripsit *Holzhusen* *sa est simpli-*  
*nius in Rab.* pag. 79. *Varum ist Böhmi mit seinen ärgerlichen* *licitati S.*  
*S.* *Literarum.*  
*Sc.*



Schriften hervor gekommen / darinnen ganz andere gefährliche Redens-Arten und Lehr-Sätze enthalten sind / als bisher in unsern Evangelischen Kirchen gebräuchlich war? Warum bringet ihr Böhmiſten solche ärgerliche Schriften mit solchem Gepraal in den Druck und an den Tag? und sündiget damit wider die Ermahnung des heiligen Geistes: Ich ermahne euch, lieben Brüder / durch den Nahmen unsers HERRN IESU CHRISTI / d.ß. ihr allzumahl einerley Rede führet / und laſſet nicht Spaltungen unter euch seyn. Was düncket euch? Soll die Biblische und Evangelische in unsern Kirchen gebräuchliche Redens-Art der Böhmiſchen / Paracelsiſchen / Cabbalistiſchen / oder solte diese jezt nach der andern herfürbringen / und niemand soll sich gegen euch setzen? Nein / Paulus beſiehet ein anders: Ich ermahne euch, lieben Brüder / daß ihr aufſehet auf die / die da Zerrüttung und Aergerniß anrichten / etc. dann solche dienen nicht dem HERRN IESU / sondern ihrem Bauch / und durch süße Wort und prächtige Reden verführen sie die unſchuldige Herzen. Es müſte sich demnach unsere Evangelische Kirche ſchämen für Gott / und allen andern Religions-Parthenen / wann man solchen Schwärmer ohne Revocation seiner ärgerlichen Reden für ein Mitglied und Bruder unserer Gemeinde / und seine Schriften für unsere Lehre erkennen und aufnehmen wolte. Nec obijci potest, licuisse æque *Bahmiores ipsas chymicis, paracelsisticis &c. terminis describere, ac olim licuerit orthodoxis terminis uti Aristotelicis, cum sacra tractare vellent. Vana enim nulliusque pretii est instantia. Quæritur adhuc, num rectè à Theologis omnibus fuerit actum, quòd Theologiæ simplicitatem Philosophicorum terminorum, ad abusum pertractorum, barbarie & multitudine commaculaverint, atque adeò tam longè à fontis sui, hoc est, Scripturæ S. puritate recesserint? Adversariorum equidem πανουργία coacti sumus, philosophicis terminis nostram passim inducere Theologiam; verùm, qui præter necessitatem ejusmodi terminos magno & infinito numero invehunt; nec acquiescunt, usque dum sacram mysteriorum tractationem fædo Philosophiæ sputo*



spuato conspuerint, prout chymicis suis terminis sine omni necessitate fecit *Böhmius*, meritò improbantur, atque reprehenduntur. Nec vitio Theologis verti potest, quando hactenus in scholis philosophicum studium serió commendârunt discipulis. Factum enim est, cùm philosophicas disciplinas inter præparationes, quibus mens humana saltem per modum organi, remouentis prohibens, ad res sacras, vel etiam alias rectius percipiendas & dijudicandas, disponderetur, retulerint, & *animi culturam*, intellectum à connatâ rusticitate liberantem, ut intromittere facilius res subtiliores possit, esse dixerint.

§. XIX. Altera Theologorum nostrorum sententia, quæ est <sup>Altera nostrorum Theologorum sententia mitior ac benignior.</sup> quorundam tantum recentiorum, mitior benigniorque, iudicat, planè suspendere posse Theologum iudicium, si libros *Böhmi* legere vel per otium non possit, vel per competentem sibi libertatem haud velit; nec condemnari, quousque à totâ Ecclesiâ, cognitâ accuratè ejus causâ, non condemnetur, *Böhmi* posse, cùm ex obscuro proponendi modo non omnis, qui scripta ipsius legit, verum eorum sensum assequi queat, sed potius animadvertat, fidem ab ipso veram & pietatem summoperè commendari; & optandum esse, ut viri eruditî scripta *Böhmi* legant, examinent, & post accuratam considerationem vel de approbatione eorundem, vel rejectione pronuncient. Hocce consilium nimium sapere *Böhmicis*, qui dulcia ejusmodi scriptis suis iudicia magno sibi coëmerunt pretio, quilibet observat. Quid de illis, qui de erroribus vitandis, formisq; loquendi periculosis, & fugiendis eorum patrónis, fideli non admoneant diligentia, nec velint, ut alii fidelis officium Pastoris (quo nocivas loquendi formulas æquè, ac hæreses, fugiat, & caveat, ne alii juxta se illa adamant) faciant, omnibus cordatis & de Ecclesiæ flore sollicitis viris dijudicandum relinquo. Nec sequitur: Verum librorum sensum ob peregrinos & non intelligibiles terminos, rerumque



altitudinem non assequimur : videmus autem periculosa, scandalosa, impia & S. Literis adversa dogmata, illis subinde terminis involuta ; ergò tacendum est, donec significationes terminorum sint inventæ. Nec sufficit, cum S. Literis, quod tamen non fit à *Bæhmio*, docere velle, nolle verò cum iisdem loqui. Sicut Diabolus sæpius cum Scripturâ loquitur , non tamen cum Scripturâ sentit, neque sentire potest. Sic multoties volunt videri hæretici sentire cum Scripturâ S. quanquam cum illâ non loquantur, Sentire & loqui cum Scripturâ S. veri Christiani est. Eâ in re non solum versatur discrimen, an *Bæhmus*, unâ cum affectis , ob id sit solummodo culpandus , cum peregrinos & antea nunquam auditos usurpaverit terminos ? Sed annon verum, illos à divinâ periculosè aberrâsse veritate ? Nemo de hoc amplius dubitabit, qui probè libros ipsos perlegerit. Res denique tam clara est, eruditos viros scripta *Bæhmii* legisse, examinâsse, & post accuratam considerationem de rejectione eorum pronunciâsse , ut nescio, quo titulo sit ille appellandus, qui acquiescere & consilio sano cedere nolit,

*Objectiones  
quædam Bæhmico-  
micolarum  
recensentur  
& dilucidantur.*

§. XX. Verùm *Bæhmii* scripta legendi, deque iis iudicandi modò libertatem prætendunt *Bæhmicoles* , modò blasphemari non debere, quod non intelligitur , modò veritatem in *Bæhmio* nec esse supprimendam, modò nec Christum, cum homines ad Christum *Bæhmus* duxerit, in membris suis blasphemandum, ajunt. Tenetur autem (a) vel Doctor, vel Minister Ecclesiæ, cum *Bæhmii* scripta ab ejus amatoribus in suâ Ecclesiâ clam, palamve auditoribus suis ingeri videt, eadem scripta sibi comparare, legere, expendere, & vel quærentes de eorum orthodoxiâ, vel heterodoxiâ, solido aliquo, nec ambiguo responso erudire, vel eosdem libros, tanquam manifestè erroneos, ex auditorum suorum manibus excutere. Si id omittat, valdè peccat, neq; per otium se excusare potest, cum motus in Ecclesiâ ob *Bæhmii* scripta oriuntur, ac schismata metuuntur, quò minus ferre debeat iudicium, cum



cum ex unius libelli lectione, quid subsit, cognosci possit, debeatq; Clarissimū enim est, Ecclesiæ Doctorem, si periculum à lupo imminet, lupum cognoscere debere, neq; sufficere, si dicat: An lupo sit, nec ne? ignoro. Deinde ( $\beta$ ) blasphemationem rei malæ, non satis intellectæ, esse injustam, nemo credet, nisi qui nullam in mundo stultitiam, nulla in religione deliria, non hæreticorum plerumque falsa dogmata, non Talmud Judæorum, non fabulas Cabbalistarum, & infinita talia reprobanda non esse dicere velit, quippe quæ nullā vel operā, vel artificio intelligi queant. Nec ( $\gamma$ ) quod simplicem in *Bæhmio* veritatem præfert, unquam ab ullo Lutheranorum fuit suppressum, nedum vituperatum; sed deliria blasphema ac falsa dogmata, judicatum est, esse detestanda. Insuper stolidum est, veram ex cœnosis & tenebricosis *Bæhmii* lacunis quærere & discere velle veritatem, cum tot clarissima divinorum Theologorum scripta pia, sancta, utilia sint in publicum data, nullis errorum, deliriorumq; tenebris mixta. Nemo ( $\delta$ ) hæreticorum unquam fuit, quin verbis saltem aliquibus ad Christum duxerit, seseq; adducturum homines, dixerit, sub veneno saccharū, sub pelle ovina lupum abscondens. Idem faciunt *Pontificii*, *Arminiani*, *Sociniani*, *Quackeri* & alii; ergone, cum horum errores refellimus, Christum in membris suis blasphemamus? Gloriosè omninò Potentissimus Rex Borussia & Elector Brandenburgicus vix abhinc quinqueñio, imò hoc ipso mense, ipsòque Augustanæ Confessionis exhibitæ die, Böhmi scripta unā cū aliis publicè suis interdixit, als irrige und kezerische Lehrschrifften. Interdictum tenoris hujus est & argumenti: Nachdem Seiner Churfürstl. Durchl. zu Brandenburg / Unserm Gnädigsten Herrn / unterthänigst vorgetragen worden / was massen in Dero hiesigem Herzogthum Magdeburg allerhand irrige und kezerische Lehr-Schrifften / als nemlich das so genannte Ewige Evangelium / in gleichen des Böhmens / Weigels / Schwencckfelds / Joris / Brecklings / Angeli Mariani, Baumanns / und andere Quackerische Schrifften bisher

ver



verkauft/und unter die Leute gebracht worden / und dann Höchstge-  
dachte Se. Churf. Durchl. Dero zur Regierung dieses Herzog-  
thums verordneten Cansler / Vice-Cansler und Råthen / vermit-  
telst Dero gnädigsten Rescripts vom 10. dieses/in Gnaden zu ver-  
nehmen gegeben / was massen Sie an denselben ein höchstes Miß-  
fallen tragen/und derselben Gebrauch gänzlich verbitthen haben wol-  
len/mit Gnädigstem Befehl/das/wan dergleichen verführische Bü-  
cher irgendwo/und insonderheit bey der Jugend gefunden werden/sel-  
bige ihnen abgenommen/und sie durch Dero Consistorium von Lesung  
solcher Bücher abgemahnet werden sollen ; Als wird ein jeglicher  
hiemit erinnert/ und gewarnet/ vor dergleichen schädlichen Büchern  
sich aufs fleissigste zu hüten/ und wann er deren hat/ sich davon loß  
zu machen / oder widrigen Falls gewärtig zu seyn/das ihm solche ab-  
genommen/und er nach Befindung der dabey vorkommenden Umstän-  
den/über dem zu gebührender Straffe gezogen werden solle. Gleich-  
wie auch Höchstgedachte Se. Churf. Durchl. in vorangezogenen  
Dero Gnädigstem Rescript in specie wollen und verordnen/das das  
abusiv so genannte Ewige Evangelium in Dero Lande einzufüh-  
ren und zu verkauffen/bey arbitrar. Straffe verboten seyn solle ;

Also werden alle Buchführer / Buchdrucker und andere/ so mit  
Büchern in diesem Herzogthum und Graffschafft Mansfeld Mag-  
deburgischer Hobeit handeln/ hiemit befehliget / solches Buch auf  
keine Weise/es sey heimlich oder öffentlich/zu verkauffen / und in ih-  
rem Handel weiter zu führen/mit der Verwarnung / das derjenige/  
so dawider handeln möchte/ in 200. Gulden Straffe verfallen seyn  
solle ; Zu dem Ende dann nicht allein in denen Städten verordnete  
Magistraten / sondern auch Se. Churf. Durchl. in diesem Herzog-  
thum bestellte Advocatius und Adjunctus Fisci hiemit befehliget  
und erinnert werden/hierauf ein wachendes Auge zu haben/ und ver-  
berührte Straffe/von denen Ubertretern/ohn einziges Nachsehen/  
einzutreiben/auch solche bey der hiesigen Churfürstl. Regierung nach-  
gehend einzusenden. Urkundlich unter dem Churfürstl. Branden-  
burgischen Regierungs-Secret des Herzogthums Magdeburg. Ge-  
ben zu Halle den 25. Jun. 1700.

Churf. Brandenb. zur Regierung des Herzogthums Mag-  
deburg verordnete Cansler / Vice-Cansler und Råthe.

(L. S.)

f. XXI.



f. XXI. Tot atque tanta pro viribus, quas benignissimum Numen gratis largitum est, modernis, quanquam adhuc plura adjicere potuissemus, in nomine Domine JESU Christi ostendimus, ut cuilibet manifestum fiat, *Bæhmium* & scripta ejus, fanaticæ lue infecta, cum suâ indole & naturâ in plenum *fanaticismi* labyrinthum deducant, neque ferè ullus *Bæhmista* illum aufugere possit, quemlibet vitare, nec aliis commendare debere. Quia cum primis planè *persuasus*, (ut cum finem facere debeam, verbis Magnifici *Dn. D. Fechtii*, Theologi consummatissimi, aureis utar) imò *ex hinc inde agitat* certus sum, hominem hunc primum fuisse infelicis illius certaminis, quod hodiè Ecclesiam nostram heu! totam dilacerat, originem. Nec enim, nisi ejus defensio, in Ecclesiâ nostrâ antea planè insolita, suspicionem plurimis movisset, id sub pre-textu emendandæ Ecclesiæ nostræ agi, ut alia religionis nostræ forma, fanaticæ propior, introduceretur, in has turbas, me iudice, unquam delapsi fuisset. Ah! Omnipotens DEUS, assume in gratiam afflictam tuam Ecclesiam, quam in Filio tuo, nostro Salvatore unico dilecto, cujus pretioso sanguine redempta est, in terrâ collegisti; defende illam adversus igneos Satanæ impetus; omne id propelle, quod dulcem in ejus capite, JESU CHRISTO, quietem turbare, & sanum animarum patrum veneno inficere possit! Amen, in Nomine JESU, Amen.

## SOLI DEO GLORIA.

### COROLLARIA.

I.

Theologiam Mysticam, quæ primitus pars veræ Theologia, immediate ad sanctam veri Christianismi præcipi directâ, (a) penitentiam, quâ homo à vitis purgetur, serio prædicat: (B)

D

doctri-



doctrinam, quâ in omni divina notitia & virtutum genere illuminetur, sedulo inculcat: & (γ) unionem inde cum DEO, seu summo bono, promittit, in quo per firmam animi fiduciam acquiescat, præcæteris excoluit Dionysius ille Areopagita, scriptor adulterinus, ad IV. sec. finem & V. initium pertinens; sed tantâ laborat obscuritate, quantâ etiam hodierni Mystici.

II. Cùm Scholastica Theologia omnem pietatem videretur unice per controversias inutiles & plerumq; nocivas, verbales, rixosus tractare, ex odio abusus Theologia Scholastica, revocatâ Theologia Mystica, in alterum extremû delapsi sunt quidam ejus Professores, existimantes, aut contingere Spiritum S. homini antè verbû exteruum per ipsius præparaciones, anime purgativas ac dispositivas, aut ex solâ Scripturæ lectione, seposito omni humano eodemq; organico studio, Spiritus illuminationem expectari, & hoc pacto ita hominem DEO uniri, ut deificetur, & ad DEI essentiam, ex quâ primitus effluxerit, redeat.

III. Illicite ab externo, libero & Christiano Magistratu politico ordinato cætu (cùm modernus sit Babelicus & Anti-Christianus) segregaciones, & peculiare istiusmodi conventus, (cùm Ecclesia non debeat esse certo ordini, legibus, horis & institutis alligata) quocunque pacto instituti, plenum inducunt Separatismum, quem adamant Mennonistæ, Schwenckfeldiani, Bœhmistæ, Labadistæ, Borignoniani, Quackeri & alii.

IV. Privatos pietatis conventus, in quibus salutaris vel legendo literas & librum alium utilem atque sanum, vel colloquia de rebus piis ac devotis instituendo, Christianismus exercentur, & DEUS T. O. M. debito modo collaudetur, non parum utilitatis habere, & morem spernendum non esse, putamus, si abusus possit & discordia docentium evitari. Id verò si obtineri nequeat, ea via eligenda est, quâ veritati pariter & paci prospicitur, ut rectè judicat B. Schomerus in Præf. Lib. de Collegiat. non dissentiente consummatissimo Theologo Rostochiensis, Dn. D. Fechtio; quod etiam suo exemplo comprobavit celeberrimus Theologus Hamburgensis, Wincklerus, b. m. privata pietatis, ut vocant, collegia, animadverso eorum abusu & offensione, inde enascente, prorsus abrogans.







